

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

M. Vitrvii ... De architectvra libri decem

**Vitruvius
Frontinus, Sextus Iulius**

Argentorati, 1543

Cap. II

[urn:nbn:de:bsz:31-128539](#)

DE ARCHITEC. LIB. VIII. 189

anates erum
tæ, præstant
rum generis
: si inuenien-
ndo, hedera,
se, sine humo-
er reliquum
n, diutiusque
credenum.
tutur nō sat,
c is eæ non si-
quoquouer-
ter solis o-
uod erit para-
summa fossa-
r: tum postea
abebit aqua,
ratione oper-
uerit, uas hu-
si collocatum
erit, significa-
mata, oleique
ster die non
humida inue-
is tepor ad st-
lefacta terra,
bebit aquam.
igna inuenta,
que inuentum
mes conducen-
tionalibus sunt
opiosiora inue-
m crebre sunt
tantes, ut radii
folia

solis non directi perueniant ad terram, nec possint humores exugere. inter ualla quoq; monium maxime recipiunt hymbris, & propter sylua- run crebritatem, niues ibi ab umbris arborum & montium diutius conseruantur: deinde liquatæ per terræ uenas percolantur, & ita perueniunt ad infimas montium radices, ex quibus profuentes fontium erumpit fluctus. Campestribus autem locis contrario non possunt haberi copie, que & si sint, non possunt habere salubritatem, quod solis uehemens impetus, propter nullam obstantiam umbrarū eripit exhauiendo feruens explanite camporum humorē: si que ibi sunt aquæ apparentes, ex his, quod est leuisimum tenuissimumq; & subtili salubritate, aer auocans dissipat in impetum celi, queq; grauissime duræq; & insuaves sunt patas, & in fontibus campestribus relinquuntur.

DE AQVA HYMBRIVM.

C A P. II.

TAQUE que ex hymbris aqua colligitur, salubriores habet uitates, eo quod eligitur ex omnibus fontibus leuisimis subtilibusq; temnitatibus: deinde per aeris exercitationem percolata tempestatibus li- quescendo peruenit ad terram. Etiamq; nō crebriter in campis confluunt hymbris: sed in montibus, aut ad ipsos montes ideo, quod humores ex ter- ram atutino solis ortu moti, cum sunt egesti, in quamcunq; partem celi, sunt proclinati, trudunt aera, deinde cum sunt moti proprie uacuitatem loci, post se recipiunt aeris ruentes undas. Aer autem cum ruit trudens quocunq; humorē prævium, spirius, et impetus, & undas crescentes fa- cit uentorum. A uentis autem quocunq; feruntur humores congregati, ex fontibus & fluminibus, & paludibus, & pelago, cum tepte solis contin- guntur, exhauiuntur, & ita tolluntur in altitudinē nubes, eæ deinde cum aeris undas nitentes, cum perueniunt ad montes, ab eorum offensa, & pro cellis propter plenitatem & grauitatem, liquefando diffuguntur, & ita diffunduntur in terras. Vaporem autem & nebulas & humores ex terra nasci, hæc uidetur efficere ratio, quod ea habet in se, & calores fer- uidos, & spiritus immanes, refrigerationesq; & aquarum magnam mul- titudinem. Ex eo cum refrigeratur noctu, uentorum flatus oriuntur per

AA 2 tenebras,

tenebras, & ab humidis locis egrediuntur in altitudinem nubes, sol orientis impetu tangit orbem terrae, tum aer ab sole percalefactus cum roribus ex terra tollit humores. Licit & ex balneis exemplum capere. Nullae enim camerae, quae sunt caldiorum, suprse possunt habere fontes: sed cœlum quo d est ibi, ex præfurnijs ab ignis uapore percalefactum, corripit ex pa uimentiis aquam, & austert secum in camerarum curuatur as, & cam suspi net. Ideo quod semper uapor calidus: in altitudinem se trudit, et primo non remittitur propter breuitatem, simul autem plus humoris habet conge stum, non potest sustineri propter grauitatem, sed stillat supra lauantium capita. Ita quoq; eadē ratione coelestis aer cum ab sole percipit calorem, ex omnibus locis hauriendo tollit humores, & congregat ad nubes. Ita enim terra seruore tacta ejicit humores, ut corpus hominis ex calore emittit sudores. Indices autem sunt eius rei uenti, ex quibus qui à frigidissimis partibus uenient procreati, septentrio & aquilo, extenuatos siccitatibus in aere flatus spirant. Auster uero & reliqui, qui à solis cursu impetum faciunt, sunt humidissimi, & semper apportant hymbres: quod percalefacti ab regionibus seruidis adueniunt, & ex omnibus terris lambentes eripiunt humores, & ita eos profundunt ad septentrionales regiones. Hæc autem sic fieri, testimonio possunt esse capita fluminum, que orbe terrarum chorographijs picta, itemq; scripta, plurima maximaq; inueniuntur eges sa ab septentrione. Primumq; in india Ganges & Indus à Caucaso monte orientantur: Syria, Tygris & Euphrates: Asia, item Ponto Borysthenes, Hypanis, Tanais: Colchis, Phasis: Gallia, Rhodanus: Belgica, Rhenus: circa Alpes, Timauus et Padus: Italia Tybris: Maurusia, quæ nostri Mauritiam appellat, ex monte Atlante Dyris, qui ortus ex septentrionali regione, progreditur per occidente ad lacum Eptabolum, & mutato nomine dicitur Nigir, deinde ex lacu Eptabolo sub montes desertos subterfluens, per meridiana loca manat, et influit in paludem Coloe, que circuicavit Meroë, quæ est Aethiopum meridianorum regnum. Ab hisq; paludibus se circumgens per flumina Astasobam, & Astaboram, & alia plura, peruenit per montes ad cataraetam, ab eaq; se precipitans per septentrionalem peruenit inter Elephantida & Syencm, thebaicosq; in Aegyptum campos, et ibi Nilus appellatur. Ex Mauritania autem caput Nili profluere, ex co mune cognoscitur, quod ex altera parte montis Atlantis sunt alia capit, item pro

DE ARCHITEC. LIB. VIII. 191

s, sol orientis
roribus ex
Nulla enim
sed cœlum
rripit ex pa
et eam suspi
t primo nō
bet conge
lauantium
it calorem,
nubes. Ia
calore emi
rigidissimis
siccitatibus
impetu s
perc ales faci
ates eripi
es. Hæc au
e terrarum
iutur egre
caso monte
sthenes, Hy
enus: ciu
Mauritan
ali regione,
omine dicie
rfluens, per
agit Meroë,
se circum
veruenit per
ionalem per
campos, et
e, ex co ma
alia capita,
item pro

item profluentia ad occidentis oceanum, ibi q; nascuntur Ichneumones, Crocodili, & aliae similes bestiarum pisciumq; naturæ, præter Hippopotamus. Ergo cum omnia maxima flumina in orbis terrarum descriptionibus ab septentrione videantur profluere, Aphriq; campi, qui sunt in meridianis partibus subiecti solis cursui, latentes penitus habeant humores, nec fontes crebros, amnesq; raros relinquunt, uti multo meliora inueniantur capita fontium, quæ ad septentrionem aquilonemue spectant: nisi si inciderint in sulphurosum locum, aut aluminosum, seu bituminosum tunc enim permutantur, & aut calidæ aquæ, aut frigidæ odore malo & sapore profundunt fontes. Neq; enim calidæ aquæ est illa proprietas, sed friqua aqua cum incidit percurrens in ardenter locum, effervescit, et percalefacta egreditur per uenas extra terram, ideo diutius non potest permanere, sed brevi spatio fit frigida. Namq; si naturaliter esset calida non refrigeraretur calor eius. Sapor autem & odor, & color eius non restitutur, quod intinctus & commixtus est propter naturæ raritatem.

DE A Q V I S C A L I D I S , E T Q V A S H A B E A N T u i r e s à diuersis metallis prodeuntes, & de uariorū fonti um, fluminum, lacuumq; natura.

C A P V T I I I .

S VNT autem etiam nonnulli fontes calidi, ex quibus profluit aqua sa
pore optimo, quæ in potionē ita est suavis, uti nec fontanalis ab Ca
moenis, nec Martia saliens desideretur. Hæc autem à natura perficiuntur
his rationibus: cum in imo per alumén, aut bitumen, seu sulphur ignis ex
citatur, ardore percandefacit terram, quæ est circa se. Supra se autem
feruidum emitit in superiora loca uaporem, & ita si qui in his locis, qui
sunt supra, fontes dulcis aquæ nascuntur, offensi eo uapore effervescent
inter uenas, & ita profluent incorrupto sapore. Sunt etiam odore & sa
pore non bono frigidæ fontes, qui ab inferioribus locis penitus orti, per lo
ca ardentiā transeunt, & ab his per longum spatium terræ percurrentes
refrigerati perueniunt supra terram, sapore, odore, coloreq; corrupto,
ut in tyburtina uia flumen Albula, & in Ardeatino fontes frigidæ eodem
odore, qui sulphurati dicuntur, & reliquis locis similibus. Hi autem

AA 3 cunz